



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Amor peditus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

*Malis cur  
Amoris de-  
dicata.  
Caem. li. 2.*

*est pallidior statuâ.* Poma vero ita magis rubescunt, uti magis exposita soli ab eo continguntur, perinde ac amator eo magis erubescit, quo nequitia palam magis profertur, et in aperto deprehenditur. Sub ipsa malo Amores ludo editi consinguntur, sub qua illi cursitantes variis mollium herbarum involucris impediuntur: quique ita sunt implicati ut sese nequeant exolvere, labore conatuque quodammodo lassati, somno se dedunt, cuiusmodi lascivia gressus amatorios occupat. & in ergastulo cohibet: mox luxu inhabitantes soporat, profundissimoque opprimit veterno. Auro insignes rerum pharetra, aurea quæ inde promuntur tela, auro Danae capta, auro comparatur, auro detinetur amor. Nudi illi omnes, lætisque ac alacres obvolutant magno numero circum unamquamque malum. Amicula eorum variis texta coloribus, multiplicique arte laborata, in herbis neglecta jacent, multitudine florum involuta: quorum vis magna circumquaque toto eo agro pullulat: neque tamen illi capita coronant, utpote quibus comæ illæ flavescerent, nitida, crispula, satis afferant ornamenta. Alarum pinnulas habent cæreles & piniceas, nonnulli etiam antea Pfitacorum, Pevonumque instar, quibus quodam veluti concentu, sonoroque strepitu aëra diverberant. Sed quid ego de calathifcis, in quos mala congerunt, dicam? quanta illos gemmarum Sardoniorum, quanta Smaragdorum, quanta Margaritarum vis debachatur? Vulcanum id opus effinxisse patet. Iocundum vero visum est, ut sponte sua, ac suapte vi, ad quantumvis alta, summotaque mala provolant, ut nulla his scalarum necessitas sit ad scandendum. Sed ne interim alios saltitantes alios cursitantes, alios quiescentes memorem, vel qualem in abrodendis malis lætitiâ præ se ferunt, illud spectata præcipue dignum, quod ex his quatuor omnium speciosissimi certantem incunt, quorum duo malis invicem se petunt, alii duo sese confodiunt telis, alternis sese ictibus læscentes: ne que dum mutuis vulneribus confodiuntur, vulnera depellere, prohibere, vel declinare que quam curant, verum multo alter alteri pectus obiccat, ipsisque vulneribus exponit, eo quidem consilio, ut in medio emnes pectore infideant sagittæ.

*Hic de Phis  
destrato in  
a. amibus,  
c. ap. de amo  
r. ius.*

#### AMOR MUTUUS. CAP. IV.

**E**Xiis autem certatorum paribus duos illos qui malo luscitant, voti compotes esse dicas. Nam qui jaculatur, ex osculatum prius malum emittit, quod alter sublati supinis; manibus excipit, neque ulla contatio futura videtur, quin idem comprehenso malo sit oscula relibaturus, atque ita in socium pari certamine remissurus.

#### AMOR PERDITUS CAP. V.

**E**X illo vero sagittariorum pari, unus alteri vincula inpicit pene moribundo, in sulcatque ferocius, ut captivum faciat. Ille contra nihil molitur, nihil reluctatur, sed tanquam perdita rem manus vinculis obiccat: proinde qui luscitant, amorem auspiciari, qui se feriunt sagittæ, nullum amoris finem appetere videntur.

*Ibidem.*

#### INIQUUS AMOR. CAP. VI.

**S**unt & alii ad quos innumeri spectatores confluunt, hinc manus in palæstram conferunt animosiores, ac Athletarum alter, manibus ad alterius humeros appressis, complexus hostem quodam venturi suffocandi studio collidit, subditque crura astu artificiosa complicata, ut pede post colluctatoris calcem obfirmato, una ipsam protrudat, & in ipsa bundum super & ipse cornuat: neque tamen alter animum despondet, ac erectus contra instat & obluatur, quaque maxime angitur parte colluctatoris manum solvere conatur, uno digitorum obrorto, quo ita aliis facultatem eripiat firmiter apprehendendi. Qui vero digito læditur, dolore percitus hostis aurem admordet, quo animo adverso Amores ceteri graviter indignati in perperam & insolenter facientes, ac luctari certaminis leges, jura, fas, atque mores transgredientem feruntur, malisq; illum certatim impetentes, toto in unum agmine concitato eum in fugam avertunt, totisque hortis ejiciunt eliminantq;. Atque ita deinceps hinc Amorum omnes circa mala versantur.

*Ibidem.*

FUEL